



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 561 Usque Ad Annum 633

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117832

§.11. Concilium Hispalense.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66072](#)

stantes expectabant. Pœnitentia illi di- Sæculum VI:
 Etatur, qui, opere sibi injuncto perfecto, A. C. 590.
 si let, & aliud faciendum non petit, aut
 qui aliquid injussus fecit. Item qui in
 domo cubavit, in qua fœmina versatur.
 S. Columbanus duo peccatorum genera
 distinguit, Mortalia, quæ in Confessio-
 ne Presbytero manifestanda sunt, (*) &
 minora, quæ Abbatii aut aliis non
 Presbyteris, antequam mensæ assiderent,
 vel cubitum concederent, sæpe confite-
 bantur. Multos hujus Pœnitentialis Ar-
 ticulos S. Pater a Cassiano accepit. Aliud
 quoque S. Columbani Pœnitentiale ex-
 dat, quod pœnas Canonicas pro omnis
 generis peccatis & hominibus comple-
 titur.

*n. 22.**n. 25.**n. 29.**Prolog.*

§. XI.

Concilium Hispalense.

Eodem anno 590. Recaredi Regis quin-
 to, æra 628. quarta Nov. Concilium
 Hispali celebratum, & inter Episcopos
 octo præsentes S. Leander primum lo-
 cum

(*) Argumentum ad probandum usum Con-
 fessionis auricularis, & Absolutionis Sacramen-
 talis manifestum! Quæ enim alia fuisset causa,
 cur gravia peccata solis Presbyteris exponerent,
 nisi quod soli Sacerdotes Jurisdictione absolven-
 di ganderent? Idem ex Capite XLVI. Regulæ
 S. P. N. Benedicti eruitur. Hæc omnia Inter-
 pres Protestans in vernaculam translata Fratris-
 bus suis legenda propinat, & tacet.

Sæculum VI. cum tenuit. Episcopis in Ecclesia co-
A. C. 591. gregatis Diaconi Pegasi Episcopi Astigi-
to. 5. Conc. tani tradiderunt Indicem illorum Servo-
p. 1588. rum ad eandem Ecclesiam pertinentium
 quos Gaudentius ipsius Antecessor mo-
 numiserat, aut Propinquis suis donave-
 rat. Postquam de hac Quæstione Can-
 ones consuluerint, patuit, Donations
 vel Alienationes Bonorum Ecclesie ab
 Episcopo factas esse nullas & irritas, nil
 ipse prius Bona sua propria Ecclesie do-
 nasset, tunc enim Compensationem ad-
 mitti. Igitur concluserunt, hoc casu non
 existente manumissiones & alienationes
 a Gaudentio factas, nullius roboris esse
 Nihilominus, ut Humanitati aliquid da-
 rent, decreverunt, ut Servi manumi-
 libertatem quidem retinerent, sed sub-
 diti Ecclesie essent, & peculium suum
 nemini alteri præterquam liberis suis, in
 perpetuum & iisdem conditionibus Ec-
 clesiæ subditis futuris, relinquere po-
 sent. Addiderunt, hoc Decretum in to-
 ta Provincia Boetica esse observandum
 c. 2. Item ut ea, quæ in Concilio Toletano
 c. 3. decreta fuerant, executioni mandaren-
 tur, præceperunt, ut nisi Presbyteri,
 aliquique Clerici, ab Episcopo suo admo-
 niti, exteris mulieres e domo sua ej-
 cerent, Judices accidente Episcoporum
 consensu illas in mancipia sibi adscri-
 rent, addito juramento, se easdem Cle-
 ricis nunquam reddituros.

S.Lean.

S. Leander ubi S. Gregorii Papæ E-Sæculum VL
lectionem comperit, datis ad eum Lit. A.C. 591.
teris, Recaredi Regis veram conversio- *Greg. l. I.*
nem & constantem pietatem significavit. *epist. 41.*

In iisdem Epistolis consulebat Pontifi-
cem de tribus in Baptismo immersioni-
bus, quibus abutebantur Ariani, & quæ-
rebat, an ulterius servandus esset hic
usus, cum jam in diversis Ecclesiis di-
versa consuetudo absque Fidei præjudi-
cio invalueret. Præterea aliquos Libros,
& inter alios Expositionem ejus in Jobum
petebat.

§. XII.

Epistola ad S. Leandrum.

Sancto Gregorio ad epistolam S. Lean-
drinon prius respondere vacavit, quam
diu postea, nempe Mense Mayo anni se-
quentis 591. responditque in hæc verba:

*Vehementer cupiebam tibi promptius re- 1. epist. 41.
spondere; sed tot tantisque in Episcopatu-
curis premor, ut me multo magis flere ju-
vet, quam loqui. Id intelliges ex negli-
gentia mea, dum tamdiu tibi respondere
distuli, tibi, inquam, quem ardentissi-
mo amore prosequor. Datum est mibi re- 1. epist. 4.
gimen veteris navigii, tam diu fluctibus
pulsati, & tempestatibus fracti, ut illud
ad portum deducere nequeam. Idem an-
no superiore ad Joannem Constantino-
politanum scripserat, rogans, ut profe-
oraret,*